

326.

Die Grafen Otto und Dietrich von Brehna verkaufen mit Zustimmung ihrer Ministerialen an das Kloster Neuwerk bei Halle im Dorfe Hotsitz drei Hufen mit drei Hofstellen für 10 Mark mit allen Nutzungen und Einkünften; die Besitzer genannter Hufen sollen von den Gerichten der Grafen befreit sein, es sei denn, daß sie einen Mord, Diebstahl oder dergl. verübten. Bitterfeld, 1224 Juni 28. 5

Hdschr.: Kop. Pap. Kopiał 398 (LX) fol. 105 (Saec. XV) Staatsarchiv Magdeburg.

In nomine sancte et individue trinitatis. Otto dei gracia et Theodericus frater eius comites de Breden omnibus hanc paginam inspecturis in perpetuum. Quoniam superveniente oblivionis caligine acta mortalium, que mobilia sunt et caduca, constat processu temporis sepius perturbari, repertum est scripture beneficium, ut id, quod humane deest 10 memorie, pagine testimonio probaretur. Sciant igitur universi tam presentes quam futuri, ad quos presens pagina fuerit devoluta, quod nos consensu ministerialium nostrorum accedente de proprietate nostra Breden in villa Hotsitz tres mansos cum tribus areis vendidimus conventui Novi Operis in Halle pro x marcis cum omni utilitate et proventu 15 et possessores dictorum mansorum sive arearum ab omni civili iure sive advocacie vel exactione dicimus absolutos. Si vero idem enormitatem gravem perpetraverint, ut homicidium vel furtum vel aliquod consimile, de ea coram nobis vel nostro officiali in alto videlicet iudicio respondebunt. Ne vero emulorum obrectacione vel fame immutacione factum nostrum in irritum revocetur vel posteris maneat incognitum, presens scriptum, in quo nomina ministerialium nostrorum expressa sunt, qui^{a)} interfuerunt ordinacioni iam 20 dicte, sigilli nostri appositione fecimus insigniri. Testes huius rei sunt: Hermannus burgravius de Withen. Olricus dapifer. Geuchardus^{b)} de Zurbeke. Otto et Vlricus de Obtrawe. Fridhelmus et Conradus de Rogatz. Olricus et Hinricus Slegel. Bertramus de Rode. Thimo advocatus [in] Spaczowe et alii multi. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M. ccc. xxiiii, indicione xii, iiii. kal. iulii; datum apud Bitterfeld 25 in pomario.

327.

Nürnberg, [1224] Juli 20.

Hdschr.: Kop. Perg. des hl. Kreuzkl. (Saec. XIII in.) Hauptstaatsarchiv Dresden fol. 13.

Gedr.: Cod. dipl. Sax. reg. II. 4 S. 444 No. 392^b. Böhmer-Ficker 3926.

Anm.: Die Urkunde gehört dem Itinerar und der Indiktion zufolge in's Jahr 1224.

30

König Heinrich V.] genehmigt nachträglich die durch den Landgrafen Ludwig in Vormundschaft des Markgrafen Heinrich erfolgte Ueberweisung des Dorfes Daubnitz an das Kreuzkloster bei Meißen. Vergl. No. 300.

326. a) qui fehlt. b) Hovchardus Kop.

35